

Confessionū Liber I.

Magnus es domine et laudabilis valde: magna virtus tua: et sapientie tue non est numerus. Et laudare te vult homo aliquid portio creature tue. et homo circumferens moralitatem suam: circumferens testimonium petri sui. et testimonium quod superbis resistis: et tamen laudare te vult homo aliquid portio creature tue. Tu ei excitas ut laudare te delectet quod fecisti nos ad te: et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Da mihi deus scire et intelligere utrum sit potius invocare te an laudare te: scire te prius sit an invocare te. Sed quis te invocat nesciens te. Aliud enim per alio potest invocare nesciens te. An potest invocari ut scias? Quomodo autem invocabitur in quem non crediderunt? Aut quomodo credet sine predicatore. Et laudabunt dominum qui requirunt eum: Quere res enim inveniunt eum: et inveniunt laudabunt eum. Quera te domine invocans te: et invocet te credens in te: predicat es enim nobis. Invocat te deus fides mea quam dedisti mihi: quam inspirasti mihi per humanitatem filii tui per ministerium predicatoris tui. Et quomodo invocabo deum meum: deum et dominum meum? Dominum utique in meipsum eum vocabo cum invocabo eum: Et quod locum est in me quod veniat in me deus meus. quod deus veniat in me. deus qui fecit celum et terram. Inane domine deus meus est quicquid in me quod capiat te? An deo celum et terram qui fecisti et in quibus me fecisti capiunt te? An quod sine te non esset quicquid est. sit ut quicquid est capiat te. Dominum itaque et ego sum: quod peto ut venias in me: quod non esses nisi esses in me. Non enim ego iam in inferis et tamen etiam ibi es. Nam et si descendero in infernum ades. Non habes deus meus: quod non omnino essem: nisi esses in me. An potest non esse nisi si essem in te: ex quo omnia: per quem omnia. Et tamen sic domine etiam sic. Quo te invocamus: cum in te sumus? Aut vnde venias in me? Duo enim recedat extra celum et terram ut inde in me veniat deus meus: quod dixit. celum et terram ego impleo. Capiunt ergo ne te celus et terra: quam tu impleas: An implet et restat quam non te capiunt: Et quod refudes quicquid impleo celo et terra restat ex te. An non oportet habere ut a quoque ordine aris quod ordine omnia: quam quod implet: ordine implet? Non enim vasa que te plena sunt: stabiles te faciunt: quod si frangant non effunderis.

Et cum effunderis super nos. non tu iaces sed erigis nos: nec tu dispergis: sed colligis nos. Sed quod implet omnia. te toto implet omnia. An quod non possunt te totum capere omnia. parte tui capiunt: et eandem partem simul omnia capiunt: An singulas singula: maiores maiora: et minores minora capiunt. Ergo est aliquid pars tua maior: aliquid minor? An ubique totus es et res nulla te totum capit? Quid es ergo deus meus? Quid rogo nisi dominus deus? Quis enim dominus propter dominum: aut quis deus propter deum nostrum? Summe optime potentissime omnipotentissime misericordissime et iustissime secretissime et presentissime pulcherrime et fortissime: incommutabilis incommutabilis: immutabilis mutans omnia: nunquam non: nunquam verum: innovans omnia: et in vetustate produces superbos et nescientes: semper agens: semper quietus: colligens et non egens: portans et impletus et pregeus: creans et nutries et proficiens: queres cuius nihil desit tibi: amas nec estuas. zelas et securus es: penitet te et non doles: irasceris et transillus es: opera mutas nec mutas: solum recipis quod invenis et nunquam amittis. Nunquam inops et gaudes lucris. Nunquam avarus et vlturas excigas. Superogas tibi ut debeas: et quis habet quicquid non tuum. Reddis debita nulli debes. donas debita nihil prodes. Et quod dicitur deus meus: vita mea: dulcedo mea facta. aut quod dicit aliquid: cum de te dicit: Et ve tacetibus de te: quam loquaces muti sunt. Quis mihi dabit ut quietes in te? Quis mihi dabit ut venias in cor meum: et inebries illud: ut obliviscar mala mea: et vnum bonum meum amplecter te. Quid mihi es? Diserere ut loquar. Quid tibi sum impletus: ut amari te iubeas a me: et nisi faciam irasceris mihi et mineris ingentes miseras. Parua ne ipsa est miseria: si non amem te? Et mihi. Dic mihi per miseratones tuas domine deus meus: quod sis mihi. Dic aie mees: salus tua ego sum. Sic dic ut audiam. Ecce aures cordis mei ante te. Domine aperi eas: et dic aie mees: salus tua ego sum. Curram post vocem hanc: et apprehendam te. Non abscondere a me faciem tuam. Doriane me moriar: ut eam videam. Angusta est domus aie mee: quod venias ad eam: dilatet abs te. Quis nota est refice eam. Dabit quod offendat oculos tuos: fateor et scio. Sed quis mundabit